

## RELIGIOSISSIMO PATRI ET DOMINO

## D. FRANCISCO II.

ARCHIEPISCOPO ROTOMAGENSI, NORMANNIAE PRIMAT..

**157** Opportune prorsus accidit, religiosissime præsul, ut dum restituendo pristino sacrorum rituum splendori impensis providentia tua invigilat, ex improviso manibus nostris occurreret liber De ecclesiasticis officiis, ab annis circiter sexcentis, Joannis tum Abrincensis episcopi, qui postmodum metropoli tuae præsul, singulari diligentia scriptus, et venerabili Maurilio decessori suo in provinciae usum oblatus. Hunc retati nostrae divino munere sepositum e Salicosani cœnobii soliditudine, ubi diutius nec sine damno delituerat, tandem aliquando, nominis tui auspiciis, in publicum revocamus eo majori fiducia quo potiori jure rem Ecclesiae tuae origine institutoque propriam, celsitudini tuae non tam dicari quam vindicari oporteat. Antistitis pallium una cum corpore sacra lex humari jubet, ejusque usu successoribus interdicit. Longe alia est scriptorum operinque ratio quæ superstite fama fructuque transeunt ad posteros, ac tenebris et silentio quantumvis sepulta reviviseunt. Ejus generis est liber iste, cuius notitiam vel inde **158** gratiorem fore speramos quod multa contineat, quæ partim in Ecclesia tua religiose hactenus observantur, partim haud ita pridem subito quodam vicissitudinis æstu magis abrepta quam abolita, multorum adhuc animis hærent nulloque negotio repeti possunt, prorsus ut appareat optimum hunc sinceræ antiquitatis testem ac vindicem divinitus, quasi e diuturno somno, excitari, qui publicis cleri studiis facem præferat, tuæque in primis sollicitudini emerita magisterii auctoritate cooperetur. Excipti igitur pietas tua, religiosissime præsul, Joannem in exiguo mutiloque codice redivivum, et clericorum manibus evectum in sedis ac honoris partem postliminio restitutus. Quidquid vero opellet nostræ præclaris ejus lucubrationibus accessit, ita placide spectet ut patrocinii tui gratia quantum decessori ad gloriam tantum nobis virium ad studia ac disciplinam additum fateatur.

Celsitudini tuae addictissimi, GEORGIVS RIDEL, JACOBUS MALET, et JOANNES LE PREVOST Ecclesiae tuae canonici.

## ACTA VETERA

### QUORUM IN NOTIS FACTA EST MENTIO.

*Sequuntur processiones solemnes quæ per annum fieri solent in ecclesia cathedrali Rotomagensi, ex Ordinario ms. ad usum ejusdem ecclesie.*

(Ex ms. codice Bigotiano.)

#### PROCESSIO AD S. GILDARDUM DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

**159** In ramis palmarum. Finitis Matutinis deferatur corpus Domini ad locum destinatum [al., determinatum] in feretro a duobus sacerdotibus de secunda sede in albis, et sint duodecim famuli circa feretrum portantes duodecim torchias quas debet dominus archiepiscopus; et duo de præfata [al., prima] sede ferant duas torchias chori, et associent corpus Domini usque ad atrium Sancti Gildardi..... Ordo in ramis palmarum. Tertia cantata (2) clerus et populus totius civitatis ad matrem ecclesiam **160** convenient, et processione ordinata cum cruce discooperta et candelabris ad altare crucis, in quo benedictio palmarum sit, pergit; et cantor incipiat ant. *Ante sex dies solemnitatis.* Sequitur alia antiphona *Ante sex dies Pasche.* Finita antiphona, dicat archiepiscopus vel sacerdos super ramos orationem *Actiones nostras, quæsumus, Domine.* Finita oratione subdiaconus revesitus, verso vulu ad populum, in pulpite legit quasi lectionem cum titulo *Dicte, filia Sion.* Quia inita cantor incipiat *¶ Circumdederunt, ¶ Quoniam.* Quo finito Evangelium a diacono dalmaticato legatur in pulpite *Cum appropinquasset Jesus.* [Al., add. quo lecto] Sequitur benedictio ramorum, et dicantur orationes *Deus, qui dispersa*

*A congregasi, per omnia sæcula sæculorum. Amen.* *Eterne Deus* (more præfationis), cuius *Filius pro salute.* Postea dominus archiepiscopus vel sacerdos super ramos aquam benedictam aspergat, et hæc oratio sequitur: *Deus, qui per olive ramos.* His itaque peractis distribuantur rami, et cantor incipiat: *Pueri Hebreorum tollentes.* Alia ant. : *Pueri Hebreorum vestimenta.* Hoc finito pergit processio ad locum destinatum [al., determinatum], cantore incipiente *¶ Cum audisset turba, ¶ Et cum appropinquasset.* Sequitur ant. *Fratres, hoc enim sentite.* Sequitur **161** alia antiphona ad placitum cantoris, quantum necesse fuerit. Ant. *Cum audisset populus.* Alia ant. *Prima autem.* Alia ant. *Cum appropinquaret Dominus.* Cum autem ventum fuerit ad locum ubi statio debet fieri, fiat sermo ad populum. Quo finito quinque de secunda sede cantent in albis hos versus ante feretrum ubi corpus Domini fuerit portatum [al. add. ad illum locum] privatim ante lucem illius diei, *¶ En rex venit.* Quo finito, dominus archiepiscopus vel sacerdos, cantor, diaconus et subdiaconus cum choro de statione sua flectendo genua [add. respondeant] *Salve, quem Jesum,* incensando. Quintus que clerici *¶ Hic est qui de Edom venit.* Dominus archiepiscopus, cantor, diaconus et subdiaconus, et chorus *Salve, lux mundi,* incensando et flectendo genua. Quinque predicti clerici. *¶ Hic est ille qui ut agnus.* Interim sicut prius dominus archiepisco-

(2) Nunc solius ecclesie cathedralis.

**pus, cantor, et alii Salve, nostra salus.** Quo finito, dominus archiepiscopus, cantor, diaconus et subdiaconus vertant se ad feretruim, et incensent corpus Domini honorifice, cantore incipiente cum domino archiepiscopo et revestitis, incensando, et ter refertatur, et chorus ducat ad finem *Dignus es, Domine.* Alia antiphona *Hosanna filio David.* Hoc finito processio redeat, cantore incipiente antiphonam *Cesperunt omnes turbe.* **162** Sequuntur respons. *Dominus Jesus, y Cum undisset turba, y Et dum appropinquaret.* Cum autem processio ad portam civitatis ordinata [al., ornata] venerit, sex pueri turri ascendant (3), et hos versus festive cantent *Gloria, laus et honor.* Dominus archiepiscopus vel sacerdos, cantor, cum revestitis incensando incipiat *Gloria, laus,* flectendo genua, et chorus ducat ad finem. Item sex pueri y *Israel es tu rex.* Chorus, flexis genibus, dominus archiepiscopus, cantor et alii *Gloria, laus,* ut prius. Item pueri y *Cætus in excelsis,* dominus archiepiscopus vel sacerdos, et alii ut prius. Item pueri y *P. ebs Hebra;* *Gloria, laus,* ut supra. Hoc finito dominus archiepiscopus vel sacerdos, cum [al., ald. cantor] revestitis incipiat ant., et omnes flectant genua, et chorus finiat: *In nomine Jesu.* Qua finita cantor incipiat y *Ingrediente Domino, y Cum audisset.* Et intret processio urbem. Sequitur y *Cogitaverunt autem, y Testimonium.* Ad introitum atrii cantor incipiat *Collegerunt pontifices.* Quatuor presbyteri de majori sede cum rubeis et viridibus cappis (4) induiti ante januas ecclesie cantent hunc versum *Unus autem ex ipsis;* chorus *Ne forte.* Hoc finito, intret processio ecclesiam, et feretruim, in quo corpus Domini fuerit, ante portas ecclesie a duobus **163** presbyteris in transversum ablatum tenetur, et clerici et populus subintrent. Hoc finito, statim discooperiatur crucifixus, et dominus archiepiscopus vel sacerdos, cantor, diaconus et subdiaconus incipiunt, flectendo genua, *Ave, rex noster,* et chorus similiter, *Ave, rex noster.* Dominus archiepiscopus et alii dicant *Ave, rex noster.* Et chorus *Ave, rex, noster,* et totam deinceps finiat antiphonam *Fili David.* Qua finita, quatuor diaconi de secunda sede nigris cappis induiti in pulpito retro crucifixum versis vultibus ad se ipsos cantent hoc resp. *Circumdederunt,* cum versu et regressu. Quo finito, ad introitum chori cantor incipiat ant. *Principes sacerdotum,* et cantando intret processio chorum. Sequitur alia ant., si necesse fuerit, *Multa turba Iudeorum,* qua finita, dominus archiepiscopus, si praesens fuerit, benedicat populum, et incipiatur missa.

#### PROCESSIO AD S. AUDIOENUM.

IN FESTO S. MARCI EVANGELISTÆ.

Ad Sextam ant. *In velamento, etc.* Interim præparatur processio, et nota quod si evenerit infra octavam Paschæ, ita celebretur. In motu processiois in eundo ad aliquam ecclesiam cantetur a tribus de majori sede de his versibus, quantum opus **164** fuerit, *Salve, festa dies.* Cum vero perventum fuerit ad ecclesiam nulla ibi cantetur missa, sed cantetur de sancto ecclesie y vel ant. cum versu et oratione; qua finita, redeat processio per portam orientalem, et cantetur a tribus de secunda sede litanie *Domine, defende nos.* Si alia dies fuerit, cantor incipiat ant. *Exsurge, et dicatur a sacerdote y Ostende nobis, Domine;* oratio *Ascendant ad te.* Demum moveatur processio a choro ordinata cum cruce, candelabris et signis, presbytero, diacono et subdiacono revestitis, et pergant ad locum consuetum, et ibi cantetur missa de jejunio. Et in motione

(3) Nunc in vicine domus cubiculum ascendunt.

(4) Hodie, cappis nigris.

(5) Quæ ut plurimum a laicis deferuntur, in primum cleri.

A processionis cantor incipiat ant. *Propitiis esto, domum alia, si necesse fuerit: In nomine Domini.* Quibus cantatis cantetur y vel ant. de sanctis, per quorum parochias processio transierit, ad placitum cantoris; et post dicatur septem psalmi pœnitentiales, quibus finitis dicatur ant. *Ne reminiscaris.* Et post dicatur de jejunio officium *Exaudiens de templo, etc.,* sicut in feria secunda Rogationum habetur, et post missam fiat processio ante altare cum precibus et orationibus ibi pertinentibus. Deinde incipiatur a tribus de secunda sede hac litanie: *Domine, defende nos,* et chorus respondeat *Domine, defende.* Cantores, *Sancta Maria, etc.,* per **165** litaniam usquedam veniant ad ecclesiam.

#### PROCESSIO AD S. ELIGIUM.

FERIA SECUNDA IN ROGATIONIBUS.

Finita Sexta paretur processio, in qua clerici et populus totius civitatis cum feretri, crucibus (5), signis et vexillis ecclesiasticis ad metropolitanam et matrem ecclesiam convenire tenentur. Ad quam sic confluentibus, honeste extrahantur feretra et sanctuaria reliquiarum portabilia de thesauro ecclesie, et deferatur successive et per ordinem usque ad chorum quolibet ferestrum per duos sacerdotes [al., capellanos] communiam percipientes de secunda sede scriptos in tabula ad placitum scriptoris, revestitos albis, et super altaria chori situentur feretra, [(6) quorum capellorum quilibet inde sex dearios percipiet de bursa domini archiepiscopi pro quilibet die ipsarum processionum, exceptis illis qui portabunt ferestrum sanctæ Anne, et etiam debent habere quilibet unum par chirothecarum a fratribus confratriarum;] et in cuiuslibet feretri exitu de thesauro cantor incipiat alte antiphonam propriam tali sanctuario, quæ per assistentes capellanos continue cantabitur associando ferestrum cum fratribus confratriarum, qui tenentur **166** interesse, usque ad introitum chori; ac per hebdomadarium vel dictarium revestitum omnibus sacerdotalibus vestimentis [al., indumentis] preter casulam, cum thuribulo, a pueri altaris sibi tradito, incensum offeratur cuilibet ferestrum ab extu thesauri usque ad introitum chori, concomitantibus diacono et subdiacono similiter revesitis, cum duobus pueris per serentibus ardentes ceros in candelabris usque ad primum ascensum altaris, juxta introitum chori de latere dextro, et ibidem pueris cum candelabris quiescentibus, per alium puerum offeratur collectarium sacerdoti, qui alte dicat ibidem versicolum et collectam appropriatam tali sanctuario, finiendo basse *Per Christum Dominum nostrum.* Quibus sic expletis, pro primo ferestro, similiter fiat pro quolibet altero, tali ordine servato quod primo educatur ferestrum corporis et capitis S. Severi, secundo ferestrum Omnim Sanctorum, tertio sancte Anne, quarto beatæ Mariæ, quinto sancti Romani. Quibus peractis, cantor in sua cathedra chori incipiat alia antiph. *Exsurge, Domine; Psal. Deus, auribus;* Aut. *Exsurge.* Sacerdos revestitus in choro ante aquilam, cum diacono et subdiacono revestitis, cum cruce et candelabris, dicat y *Ostende nobis.* Oratio *Ascendant ad te, Domine.* Hoc **167** finito, moveat processio, et cat ad locum destinatum per portale Sancti Stephani, et deferatur quolibet ferestrum per duos sacerdotes [al., capellanos] prædictos usque portale ecclesie, et de portali usque ad introitum ecclesie ad quam vadit processio, deportetur (7) per fratres confratricæ. In quo introitu iterum sacerdotescient ferestrum, et introducant intra ipsam ecclesiam, et situentur in suis locis consuetis; et ante quolibet ferestrum præcedant duo (8) clerici

(6) Ms. cathedralis ecclesie addit.

(7) Hodie a clericis in albis.

(8) Nunc duo laici superpelliciis induiti.

de predicta [al., prima] sede cum cereis accensis et candelabris confratricarum quæ venerint de dominis ipsarum confratricarum, cum ipsis fratribus usque ad ecclesiam, præter duos qui recipient cereos et candelabra in ipsa ecclesia, et præcedant ante fere-trum beatæ Mariæ. Et in progressu processionis cantor incedat in medio processionis inter capellanos. [(9) et præcedant ipsum curati Sancti Dionysii et Sancti Vigoris in habitu ecclesiæ cum virgis ex coriatis (10) ad custodiendum ordinem eapellano-rum. Qui curati similiter cum processione rever-tuntur, et in progressu prædicto cantor] incipiat in choro antiphonam *Propitius esto*, et de aliis anti-phonis cantetur, secundum quod tempus poposcit, et secundum ordinem prescriptum per istam feriam, et de responsoriis et antiphonis **168** sanctorum per quorum parochias processio transibit. Priusquam processio veniat per istos tres dies ad loca consueta, per tres dies procedentes monachi prius cantent responsoriū vel ant. de sancto ecclesiæ cum versu et oratione, et chorus immediate post eos cantet similiter, et oratione dicta fiat sermo ad populum; quo facto dicantur preces ante altare cum prostratione. Quibus finitis, in regressu tres clerici de secunda sede iincipiant litaniam istam *Salvator mundi, salva nos*. Et sic veniant ad ecclesiam cantando, et chorus respondeat *Kyrie, eleison*. Cum autem processio venerit ad ecclesiam sancti Salvatoris, ibi subsistat, et cum monachi cantaverint, statim canonici et clericis simul aggregatis in atrium prædictæ ecclesiæ, incipiat cantor hanc antiphonam: *Isti etenim maximi*; finita antiphona, sacerdos dicat versum *Exsultate justi*. Oratio *Propitius nobis*. Finita oratione, separetur processio, et resumant cantores litaniam ubi dimiserant: cum autem processio venerit ad ecclesiam litaniam finiatur in choro. [(11) Nota quod in qualibet die trium dierum processionalis religiosi sancti Audoene tenentur mittere per suos servitores ad domum cantoris ecclesiæ Rotomagensis, vel ejus locum tenentis, **169** hora prandii, unum panem magnum, unum galonem boni vini, honestum ferculum piscium, et unum magnum flaconem de pinguedine lactis, sicutque in duabus priuis diebus reportantur vasa, et in tertia die dimi-tuntur, et pertinent cantori.]

#### PROCESSIO AD S. GERVASIU.M.

##### FERIA TERTIA IN ROGATIONIBUS.

Secunda die in Rogationibus convenient omnes ad matrem ecclesiam ut in feria secunda, et incipiat cantor ant. *Exsurge, Domine*, etc., ut supra. Interim incenseatur sanctuaria, et conveniat processio, sicut hesteria die, et eat processio ad locum consuetum, et exeat per portale Sancti Romani, cantore incipiente antiphonam *De Jerusalem excunt*. Alia anti-phona *Cum jucunditate*, et de ceteris antiphonis, quantum necesse fuerit, et cantetur ad placitum can-toris de sanctis per quorum ecclesiæ transibit pro-cessio. Sequuntur septem psalmi: cum processio venerit ad locum consuetum cantetur a nostris, im-mEDIATE post monachos, de sancto ecclesiæ, &c. *Concede*. Sacerdos versum et orationem dicat, ut debet, et post fiat sermo ad populum. Quo facto, dicantur preces cum prostratione; quibus finitis, cantor incipiat responsoriū de sanctis **170** & *O constantia martyrum*, et recedant finito responsorio. Tres de majori sede iincipiant litaniam *Humili prece et sincera derotione*; et chorus respondeat, et cantetur usque ad Sanctum Nicolaum de Bello Visu (12). Cum autem processio venerit ad introitum atrii Sancti Nicolai dimittatur litaniam, et cantor incipiat hoc responsoriū:

(9) Ms. cathedralis ecclesiæ addit.

(10) Hoc non est in usu.

(11) Ms. cathedralis ecclesiæ addit.

(12) Gallice de Beauregard in cœmeterio S. Mauri gneupato.

A riū : *Quadam die, et transeundo per antelictam ecclesiam cantetur*. Finito responsorio, sacerdos di-cat versum *Ora pro nobis, beate Nicolae*. Oratio *Deus, qui beatum Nicolaum*. Finita oratione, recedat processio, cantore incipiente hoc responsoriū: *Ex ejus tomba*. Finito responsorio, tres de secunda sede sumant litaniam, ubi tres de majori sede di-miserunt, et cantent usque ad portam magni Pontis (13), et ibi fieri statio sicut ad Sanctum Salvato-rem; et postquam monachi (14) cantaverint, cantor incipiat ant. *Isti sunt viri sancti*, et ibi dicat sacerdos versum et orationem, ut supra ad Sanctum Salvato-rem. Deinde separetur processio sicut heri, et cantores litaniam resumant *Aidoene Dei*, etc., et in choro finiatur.

#### PROCESSIO AD S. NICASIU.M.

##### FERIA QUARTA IN ROGATIONIBUS.

*Olim ad S. Trinitatem de Monte.*

**B** **171** Tertia die in Rogationibus omnes conve-niant ut supra, et moveat processio, et eat ad mon-tem Sanctæ Catherine (Gallice nunc, *Mont Sainte-Catherine*), et exeat per portale Sancti Joannis, cantore incipiente antiphonam *Exsurge, Domine*, etc., ut supra. Quo finito, cantor incipiat antiphonam *Surgite, sancti*. Ant. *Miserere*. Ant. *Multa sunt*, et de aliis, quantum necesse fuerit. Sequuntur septem psalmi. Intrante processione ecclesiam Sancti Michaelis cantor incipiat & *Te sanctum Dominum*, et sacerdos dicat versum et orationem. Finita oratione moram ad placitum faciat. Quo facto, cantor incipiat & de S. Michaeli *Princeps sancte*, et exeat. Finito responsorio, dicantur quindecim psalmi. Quibus finitis incipiat cantor post monachos & *Honor, virtus*, et ibi, finito oratione, fiat sermo ad populum, quo peracto dicantur preces cum prostratione, qui-bus finitis recedat processio cantore incipiente & *Summae Trinitati*; que finito, cantor incipiat & *Regnum mundi*. Quo finito, incipiat hæc sequens li-tania a tribus de majori sede *Ardua spes mundi*, et cantent eam quousque processio veniat **172** in bivium sancti Michaelis. Tunc dimittatur prædicta litaniam, et tres presbyteri de secunda sede incipiant istam litaniam: *Rex, Kyrie*; chorus reiteret. Item item: *Sancta Maria*. Item tres diaconi de secunda sede: *Rex virginum*. Tres vero subdiaconi de eadem sede: *Servis tuis*, et sie deducant usque ad Sanctum Macutum (Gallice *Saint-Maclou*), et ibi fiat statio; et cum cantaverint monachi, et oratione dicta, cantor incipiat in atrio Sancti Macuti anti-phonam *Gaudent in cœlis* (15). Qua finita, et oratione dicta, separetur processio, et recedant, cantore incipiente & *In circuitu tuo*, cum versu et regressu; quo finito, cantores litaniam resumant, et cantetur ut prius usque ad portale versus *Magdalena*. In introitu ecclesiae cantor incipiat hanc antiphonam: *Salvator mundi*, et finiatur in choro.

#### PROCESSIO IN ASCENSIONE DOMINI.

D Sequitur processio; per portam orientalem exeat, et eat ad veterem turrim (Gallice *la Vieille-Tour*). In primis cantor incipiat & *Tempus est ut revertar, & Pacem relingo*, et de aliis responsoriis cum versibus suis, quantum placuerit. Hoc expleto tres de ma-joribus cantent hos versus: *Salve, festa dies, quousque 173* venerint ad locum in quo consuetum est catenatum solvi. Et redeundo cantores cantent hunc versum: *Solve catenatos, et alios versus, donec ve-niant ad occidentales portas ecclesiæ, ubi duo pre-sbyteri canonici albis induiti in turre, versis vultibus ad populum, incipiunt & *Viri Galilæi*, et totum li-*

(13) In loco qui hodie Gallice vocatur *Lacrosse*.

(14) Illic non monachi, sed eorum vice musici S. Maclovii antiphonam musicice canunt.

(15) Hodie cantatur, *O quam gloriosum est*.

niant. Quo finito, dominus archiepiscopus, vel sacerdos, cantor cum reverentis incipiunt *Tu, rex glorie, Christe*. Dexter chorus *Tu patris semper natus es Filius*; sinister chorus, *Tu ad liberandum*. Et sic cartent vicissim usque, *aeterna fac, dominus archiepiscopus et alii*; cantor incipiat *O rex glorie, Domine virtutum*. Finita antiphona intret processio ecclesiam, et feretrum sancti Romani ante januas ecclesie a duobus sacerdotibus in albis in transversum teneatur, et populus subintret, cantore incipiente à *Omnis pulchritudo, cum versu et regressu*, et ascendant processio ad chorum. Finito responsorio, incipitur missa.

#### PROCESSIO POST TERTIAM.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Sequitur processio in cappis per atrium, et portentur feretrum in quo sit corpus Christi honorifice a duobus sacerdotibus induitis casulis albis, et cum illis quatuor **174** pueri in albis qui incensent feretrum. [(16) Et alii duo clerici qui portent duas torcias cera circa feretrum.] Movente processione cantor incipiat à *Homo quidam fecit, y Venite*. Finito responsorio, tres de majoribus cantent *Salve, festa dies, Qua Deus in cibum*. In statione Verbum caro factum est (vel, *Ego sum panis*), tres de majoribus in pulpito à *In principio erat. Plenum gratiae*. Quo finito, sacerdos cum diacono et cantore content ante feretrum, quod in medio navis in transversum teneatur, hos versus sequentes, incensando et flectendo genua. à *Ave, verum corpus natum*. Chorus idem repeatat (17), flexis genibus, à *Vere pas-*

(16) Ms. cathedralis ecclesiae addit.

(17) Non repetitur, sed chorus prosequitur.

(18) Hac die antiquus ecclesiae Rotomag. retinetur usus.

**A sum.** Chorus idem à *Cujus latus*. Chorus idem. Quibus finitis, ad introitum chori incipitur antiphona *O quam suavis est!* Finita antiphona, benedictio domini archiepiscopi, si praesens fuerit. Sequitur missa, etc.

#### PROCESSIO AD S. AUDIOENUM.

IN FESTO S. AUDIOENI ROTOMAG. ARCHIEP.

Sequitur processio apud Sanctum Audioenum, et ibi dicantur Vesperae de sancto Audioeno festive. Antiph. *Similabo. Psalmi (18) seriales. Ant. Confessor Domini. Ant. Iste est qui ante. Ant. Amarit eum. Ant. Justum deduxit. Capitulum Ecce sacerdos. à Miles Christi. Hymnus Iste confessor. à Ora 175 pro nobis, beate. Ant. Suscipe nostra, cum tripla repetitione. Psal. Magnificat. Oratio de Communi. Finitis Vesperis, redeat processio ad ecclesiam. Et in crastinum eat processio apud Sanctum Audioenum, sicut in Vesperis, finita Sexta, post maiorem missam (19), et sint omnes cum monachis in processione, et missa in cappis. [(20) Et debent solvere dominis de capitulo abbas et Conventus Sancti Audioeni per procuratorem centum solidos de quibus quilibet canonicus praesens debet percipere duos solidos, et septem religiosi de Saneto Laudo quilibet duos solidos, et pueri chori quinque solidos; residuum debet distribui inter capellanos communiam percipientes; et etiam pueri altaris debent percipere vas, in quo portatur aqua benedicta, plenum bono vino de cellario Sancti Audioeni.] Post missam redeat processio ad ecclesiam, et in pace recedant, et inde ad refectionem.*

(19) Quæ dicitur de S. Bartholomæo in cathedrali ecclesia.

(20) Ms. cathedralis ecclesiae addit.

## FRĀGMENTA QUÆDAM

*Ex Ordinario ms. cathedralis ecclesiae Rotomag. desumpta.*

### Dominica i Adventus, ad Matutinum.

Tres de secunda sede à *Aspiciens a longe*, et debent habere quilibet unum **176** galonem vini (21) de cellario archiepiscopi.

Nono die nativitatem Domini præcedente cantari incipiuntur antiphona quæ per *O* inchoant, quas preces non subsequantur, non tamen commemorationes dimittantur. Prima a cancellario ecclesiae incipiatur, si praesens fuerit; si non, ab uno de majoribus non tenente dignitatem de sinistra parte; et sic de dextra parte fiat. Secunda antiphona a decano ecclesiae incipiatur. Tertia antiphona a cantore ecclesiae incipiatur. Quarta antiphona a sacrista ecclesiae incipiatur. Quinta antiphona ab archidiacono Vulcassini Francia incipiatur. Sexta antiphona ab archidiacono majori. Septima antiphona ad placitum cantoris a parte hebdomadariae. Et dominus archiepiscopus incipiat *O virgo virginum*; et omnes antiphona cum bina repetitione; et post Completorium eant ad loca consueta, sive in capitulo, et ibi incipiatur: *O*; quo finito, moderate bibant, et in pace recedant. Amen.

Et nota, ex quo incipientur antiphona istæ: *O*, incensent altaria et chorus dum cantabitur *Magnificat*.

*Vigilia Nativitatis Domini.*

*Expositio Evangelii* legatur a diacono in cappa

(21) Nunc solilos.

(22) Nunc, violacea.

**C** alba (22) in pulpito cum candelabris **177** et thuriulo *Cum esset desponsata. Psal. Benedictus*. Interim incensentur altaria et chorus.

### In Nativitate Domini.

Tres lectiones legantur de Prophetia, et tres lectiones de Sermone, et tres lectiones de Expositione. Tres primæ lectiones de secunda sede, cæteræ secundum ordinem de majori sede; nonam dominus archiepiscopus. Primum responsorium et secundum bini et bini de secunda sede, tertium responsorium tres de secunda sede in cappis; quartum et quintum responsorium bini et bini de majori sede, sextum responsorium dominus archiepiscopus, cum eo de canus et cantor in cappis; septimum et octavum responsorium bini et bini de majori sede, nonum responsorium tres de majoribus in cappis. Tres ultimæ lectiones sint in cappis; et sic in aliis triplicibus. à *I Hodie nobis, stet oannis chorus dñe* versus cantabitur *Gloria in excelsis*.

### In Septuagesima, ad missam.

Responsorium (*id est* graduale) duo de secunda sede in pulpito et in albis *Adjutor in opp. unitatibus. à Quoniam non in finem*. Et debent habere quilibet unum galonem vini (23) de cellario domini archiepiscopi.

(23) Nunc 5 sol.